

nem alicujus idem suscipit, de quibus loquitur l. Minor 51, ff. De procurat., Zoes., in Pand., h. t., § 8. De jure autem canonico, de stando in judicio mandatum suscipere nequit minor. C. Qui generaliter 5, De procurat., in 6.

(18. Susceptum autem cum semel fuerit mandatum, executioni demandari debet ex l. 22, § ult., ff. h. t., Heinecc. ad Pand., h. t., § 233. Mandatarii officium in eo exsequendo tale esse debet, ut mandati fines religiose custodiat, quos si prætergrediatur, neque obligabit mandantem, eumque indemnem præstabit juxta excessus mensuram: ex § 8, Inst., h. t.; l. 4 et 33, ff. eod., l. 1, § 4, ff. De verb. oblig.; Huber., Prælect. jur. Rom., lib. III, tit. 27, n. 6, h. t.; Heinecc., ad Pand., h. t., § 233. Idque est, quod generaliter definit Paulus, diligenter mandati fines esse custodiendos, eum enim qui excessit, aliud quid fecisse videri: l. Si mandavero 22, in pr., ff. h. t. Vide Vinn., Inst., h. t., § 8, n. 1.

(19. Quæstionis autem est, an de eo, quod mandati limites excedit, saltem utilis negotiorum gestorum actio detur. Visum id olim fuit Martino, et Joan. Fabr., ex recentioribus Baron., Meys. et Bronch., 1 Miscell., 66, arg. l. 2; l. Quæ utiliter 45, De negot. gest. Rectius vero negant Accursius, Vinn., Inst., h. t., § 8, n. 5; Voet., ad Pand., h. t., n. 11, quoniam actio negotiorum gestorum ei non competat, qui gessit invito domino. § Is qui exsequitur 8, Inst., h. t.; l. Præterea 3, § ult.; l. 4; l. 5; l. Rogatus 33, ff. h. t., et Voet., l. c., et Vinn., l. cit.

(20. Duplex ex hoc contractu oritur actio: directa et contraria. Prima datur mandanti ejusque hæredibus, cujus et quatenus interest mandatum impleri; l. Si procuratorem 8, § Mandati 6, ff. h. t., contra mandatarium ejusque hæredes. Petitur hac actione, ut mandatarius administrati negotii rationem reddat, uti fuse ac respective declarat Voet. in Pand., h. t., num. 9, speciale autem hoc habet actio, quod eo etiam tendit, ut mandatarius usuras præstet quoties vel moram fecit in restituendis numeris residuis, vel in usum proprium converterit, vel otiosos retinuerit, vel fœnori collocaverit nomine ipsius domini: l. Idemque 10, § Si procurator 3; l. Si vero 12, § Dedi tibi 10; junct. l. Ex mandato 20, ff. h. t., l. Qui semisses 13, § 1, ff. De usuris. Hac præterea actione utitur mandans contra mandatarium, si hic dolo vel culpa mandanti nocuit, l. 8, § ult., h. t.

(21. Contraria vero actio datur mandatario, ut, durante administratione, necessaria suppeditet: l. 12, § ult., h. t., finitoque negotio, restituat impendia in mandato facta: l. 10, § 9, et l. 27, § 4, h. t., ac demum procuratorem quoad totum negotium indemnem mandans præstabit: l. 12, § 9, l. 20, § 6 et 7; l. 27, § 4, et arg. l. 10, § 10, ff. Mandati; l. 61, § 5, ff. De furtis; qui enim aliquid singulare mandat, et mandasse intelligitur actus omnes, sine quibus primum illud obtineri nequit, nec mandatarium

quidquam aliud promississe gratis censetur, quam operam suam. Ex his colligere facile est, quod et casum et infortunium præstabit mandans, si casui vel infortunio causam dederit mandati executio. Et de eo casu intelligenda est l. 26, § 6, ff. eod. tit., arg. l. 61, § 5, ff. De furtis; Ant. Faber., Cod. lib. IV, tit. 26, defin. 29, et in Rational., ad d. l. 26, § 6; Groeneavegen, ad d. l.; Paulus Voet., ad 8, Inst., h. t., n. 6; Responsa jurisc. Holland., part. IV, cons. 385, in med.

(22. Si quid autem mandatarius, contrario judicio, a mandante repetendi jus habeat, compensare sibi poterit, dummodo aliquid de mandantis pecunia retineat: arg. l. In rebus 18, § ult., ff. Commodati; l. 1, § Præterea 4, ff. De contrar. tut. et util. act.; Papon., lib. VI, tit. 12, in Append., art. 3.

(23. Cæterum mandatarius tenetur de levissima culpa in exsequendo mandato l. 13, l. 21, c. h. t.; et l. 1, § ult., ff. eod., etiamsi hic solius mandantis versetur utilitas, contra regulam l. 5, § 2, ff. Commodati. Hujus autem sanctionis rationem commodat locus Ciceronis pro Roscio; inquit enim: «Mandati judicium constitutum est non minus turpe, quam furti, credo propterea quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponatur, quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, et quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere, alius in alia est re magis utilis; ideoque amicitiam comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur.» Et mox: «Ergo ideo turpis hæc culpa est quoad duas res sanctissimas violat, amicitiam et fidem: nam neque mandat quisquam fere, nisi amico, neque credit, nisi ei quem fidelem credit.»

(24. His tamen non obstantibus, sunt qui, præter dolum et culpam, nil a mandatario præstandum esse aiunt, exemplo depositarii; uterque enim est beneficii debitor; unde quod deponenti imputatur, quod negligenti amico rem custodiendam tradidit, l. 1, § Is quoque 5, ff. De obl. et act., idem mandanti sit imputandum quod negligenti amico rem gerendam commiserit; adeoque uti depositarius, sic mandatarius de sola lata culpa tenebitur. His tamen obstant quædam leges, quibus traditum est mandatarium, non tantum de dolo, sed culpæ etiam nomine teneri: l. 8, § ult., ff. Mand., l. 2, cod. eod.; l. 23, ff. De r. jur., et apud Licin. Rufinum, in Coll. leg. Mosaic. et Roman., tit. De deposit., hæc verba Modestini refert: «In mandati judicio dolum, et culpa præstatur.» Culpæ autem nomine absolute positæ significatur culpa levis, Zoes., in Pand., h. t., n. 16. Verum quod omnem tollit difficultatem ac controversiam, habetur diserte scriptum in l. A procuratore 13, Cod. mand. quæ habet, «dolum, et omnem culpam præstandam esse, solum casum fortuitum non præstandum.» Vide quæ ad hæc habet Zoes. loc. cit. Quod vero diximus mandatarium et depositarium inter se non differre, bene etiam se habet, si agatur de eo depositario

qui deposito ultro se obtulit, quem placet culpam omnem præstare, et summam rei custodiendæ adhibere diligentiam: l. 1, § Culpæ 35, ff. Deposit. Vinn., Jur. quæst., lib. 1, cap. 52, pag. 85.

(25. Hactenus de mandato, quatenus consistat. Mandatum quatuor modis resolvitur, quorum duo ex persona mandantis, nempe mors et revocatio; altera duo ex persona mandatarii, nempe mors et renuntiatio proficiscuntur. Morte mandantis mandatum deficit: l. Inter 26, ff. Mandat.; l. 15, cod. eod., ad § 10, Inst., tit. eod., et in Clement. ult. De procurat. Mandati siquidem ea est natura, ut neque mandantis neque mandatarii personas egrediatur. Non mandantis, quippe quem sibi soli officiosam hanc operam ab amico præstari et cui soli mandatarium gratificari voluisse censendum est; non mandatarii, quia in mandato industria, ac fides certæ unius personæ ex millenis eligitur in cap. ult. Cod. De offic. deleg., l. Mandatum 57, h. t.; Vinn., h. t., § 10; Donell., Comment. Cod., tit. 35, lib. IV, c. Mandat., tom. VIII, n. 9; Voet., h. t., n. 16. At præcitata regula fallit, quoties tale sit mandatum, ut non nisi post mortem mandantis impleri possit, veluti monumentum sibi fieri: l. Si vero 12, § ult., ff. h. t., Hæredi dari; hæredi fundum emi, in quantum nulla viventis hæreditas, hæres nullus est: l. Idem est 13, ff. h. t., junct. l. 1, ff. De hæred. vel act. vend. Confer Bachov., ad Treutler. vol., disput. 27, th. 6, litt. C. Idem dicas, si mandatum institori datum sit, quod durat, donec per hæredes præponentis revocetur: l. Si quis mancip. 17, § 9, ff. De inst. act., et tit. De inst. act., n. 3. De cætero autem vide Voet., h. t., sub n. 15. Consule etiam Donell., Comm. jur. civ., lib. XVI, cap. 23, tom. IV, n. 6.

(26. Quibus exceptis casibus, mandatum semper morte mandantis exstinguitur. Nec ex eo quod procurator mandatarii obitum ignoraverit, ideoque et post mortem mandatum consistet. Ubi enim ex regula, de qua supra, mandatarius morte mandantis exstinguitur, mandatarius perinde habetur ac si nullo unquam fuisset instructus mandato, hinc est quod, post obitum mandatoris, mandatum semper revocatum censetur, vel procurator mandatarii obitum sciverit, vel ignoraverit: Gabriel., Commun. conclus., lib. II, tit. De procurat., conclus. 2, n. 1 et seq.; Trentacinq., Var. resolut., lib. II, tit. De procurat., resol. 10, n. 18; Pax Jordan., Elucubr. divers., vol. III, lib. XIV, tit. 2, n. 235; Mozz., De contract., tit. De mandat., cap. Quib. mod. annull. solv. finiat mandat., n. 20; Masch. De mandat., tit. 8, n. 3; Alderis, De symbol. contract., tit. 3, cap. 5, n. 65, et Rot. in Camertinen. canonicatus 1 Martii 1779, § 5, cor. Riminaldo. Cum hac tamen propositione concilianda nunc superest dispositio text. in l. 26, in princ., ff. Mandati, et § 10, Inst., tit. eod., quibus habetur ut si mandatarius mandantis mortem ignoraverit, ac bona fide negotium ad finem perduxerit, ratum manet, nec subiacet rescissioni: vide Voet., h. t., n. 15, in med.

Rectius fortasse eadem Rota in Camertinen. canonicatus 1 Martii 1779, § 6, cor. Riminaldo, distinguit mandati solutionem, et mandati actionem. Hanc mandatario competere, qui mortem mandantis ignorans, mandatum ad exitum perduxit, admittit, de quibus casibus loquuntur objectæ juris leges, non tamen admittit ut, mortuo mandante, mandatum non dissolvatur. Aperta est juris censura in l. 58, ff. Mandati, et certatim docent Perez, in Comment. ad Cod., lib. IV, tit. 36, n. 27; Botcholten., in Comment. ad Instit., lib. III, tit. 27, § 10; Masoret, eod. loc., pag. 321, edit Tolosan., ann. 1699, pluribusque omissis, late Faber., in Ration. ad Pandect., d. l. 26, verb. Si tamen, ff. h. t.

(27. Neque præmissis adversatur illud, quod rite gestum se habeat, quidquid post expressam mandati revocationem a mandatario fuit commissum. Maxime enim distinguenda est a tacita mandati revocatione, quæ fit morte, expressa mandati revocatio. Cum enim expresse mandatum per mandantem revocatur, indeque sententiam mutet mandans, apud eum tamen jus et dominium semper manet, ex quo procurator, quanquam revocationis ignarus, potest mandatum implere. Secus autem, ubi morte mandantis tacite mandatum revocatur, siquidem jus et dominium ad cæteros pertransiit, sine quorum repetito mandato quidquid a mandatario geritur, pro infecto habetur, ut distinguunt Golin., De procurat., part. III, cap. 4, n. 8; Alderis, De symbol. contract., tit. 3, cap. 5, n. 66. Attamen fieri aliquando etiam potest, ut et post obitum mandantis mandatum recte consistat, cum nempe de alicujus contractus agitur executione. Exemplum præbet text. in l. Fundi 33, § primo, ff. De acquir. possess., ibi enim agitur de procuratore ad tradendam fundi possessionem constituto, cujus vi nulla ulterius inducitur obligatio, sed suscepta impletur. De his egregie disserit Cujac., ad African., tract. 8, l. penult., ff. De reb. credit.; Wisembach., disput. 27, ad Inst., thes. 1, n. 21; Bronchorst., Erant., cent. 3, assert. 92; Covarruv., Pract. quæst., cap. 2.

(28. Id ipsum statuendum, si de re agatur beneficiaria. In hac si ad resignandum mandatum dederit beneficiarius, postea vero re etiam integra expresse mandatum revocet, utilis erit resignatio facta a procuratore, dummodo mandati revocationem prorsus ignoraverit. Si vero ad resignandum constituto procuratore, moriatur beneficiarius, tunc nulla erit resignatio, etiamsi mortem procurator ignoraverit. Hoc autem obtinet ex possessionis jure, quod in revocatione mandati expressa adhuc retinet beneficiarius, non vero in tacita (quod fit morte mandantis), quia tunc jus possessionis ad successorem pertransiit: Zoes., in Comment. ad Decretal., lib. prim., tit. 9, n. 11; Schmalzgrueber Jur. Eccles. univ., lib. pr., tit. 9, n. 47; Paris, De resignat., lib. IX, quæst. 24, n. primo; Vallens, De benefic., lib. III, tit. 26, n. primo et seqq.; Lauren., for. benef., par. 3, sect. prima, cap. 4, § 9, quæst.

693, n. primo, et quæst. 693, per tot.; Gagliard., *De benef.*, tit. 20, n. 21; Begnudel., *Bibl. can.*, verb. *Resignatio*, § 9, n. 85 et seqq., et apprimè Rot. in *Camerinen. canonicatus* 1 Martii 1771, § 8, cor. *Sentmanat.*

(29. In universali autem mandato illud singulare habetur, ut per mandantis mortem nequaquam finiatur: Bartol. in l. *Quicumque*, § *Si ab alio*, ff. *De institut.*, et tradunt Gabriel., *Commun. conclus.* lib. n, tit. *De procurat.*, concl. 2, n. 20; Mantie., *De tacit.*, lib. vii, tit. 23, num. 39; Golin., *De procurat.*, part. iii, cap. 4, num. 26, pluribusque adductis Alderis, *De contract. symbol.*, tit. 3, cap. 5, num. 100.

(30. Sunt etiam qui a regula generali mandatorum excipere velint mandatum jurjurando mandatoris de non revocando munitum, vel quod tale sit, quod in alienam vergat utilitatem. Ac primo morte mandantis mandatum etiam juratum semper resolvitur, quia jusjurandum jurantis heredem non afficit: Suarez *De jurament.*, cap. 31, num. 2; Merend., *Controv. jur.* lib. i, cap. 1, n. 8; Torr., *De pact.*, lib. i, cap. 5, num. 67, et præcit. Rot., § 15.

(31. Cæterum vero sunt qui tenent morte mandantis non resolvi mandatum, quod in alienam vergat utilitatem, non jam mandantis, ad text. in l. 2, ff. *Mandat.*, et § 1 *Inst.*, tit. eod.; Harpret., in *Comment. ad Instit.*, tit. eod., n. 36; Widmann, *De contract.*, tit. 16, n. 36. Huic tamen opinioni plures adversantur, ac tenent mandatum etiam ad donandum, mandantis morte penitus resolvi ac finiri, ex quibus Alderis., *De symbol. contract.*, tit. 3, cap. 5, n. 84; Gratian., *Discept. forens.*, cap. 783, n. 3; Mantie., *De tacit.* lib. vii, tit. 23, n. 12; Pax Jordan., *Elucubrat. divers.* tom. III, lib. xiv, tit. 2, n. 236; Gabriel., *Commun. conclus.*, tit. *De procurat.*, conclus. 2, n. 7, et Rot. in *Camerinen. canonicatus* 1 Martii 1771, § 14, cor. *Sentmanat.*

(32. Morte quoque mandatarii exstinguitur mandatum, quia certæ personæ industria electa est; l. *Si quis alicui* 27, § *Morte* 3, ff. *h. t.*, et § 10, *Inst.*, h. t., id tamen re integra; proindeque si hæredes negotia adhuc integra ad finem scientes perduxerint, nullam mandati actionem contra mandantem habebunt, ex l. 27, § 3, ff. *h. t.*; Voet., ad *Pand.*, h. t., n. 16. Sin autem probabili errore facti mandatum veluti rem suam executioni mandaverint, quomodo iis succurrendum habes fuse apud Voet., in *Pandect.*, loc. cit.

(33. Revocatione quoque mandantis mandatum finitur, dummodo tempestive, et re integra fiat: l. 12, § *Per*; l. 15, ff. *h. t.*; Heindec., ad *Pand.* h. t., § 238, etc. Imo et re

MATUTINUM.

SUMMARIUM.

1. Matutinum in cathedrali debet recitari de mane, non autem vesperi pro sequenti die. — 2. In aurora, vel circiter. — 3. Nisi dispensetur, ut dicatur, vesperi pro aliqua necessitate. — 4. Vel tempore

non integra, mandati revocatio permittitur, eo tamen dato, quod interest mandatarii mandatum non revocari, quod mandati actio persequitur; leg. 8, § *Mandati* 6, h. t.; Zoes., in *Pandect.*, h. t., n. 26. Cum enim hic contractus per procuratorem peragendum dependeat a mandantis voluntate, si tempore contractus per revocationem mandati sublatus fuerit consensus, irritus remanere debet contractus, nec a procuratoris obligatione devinctus esse potest mandans, sed procuratori contraria mandati tantum actio dabitur; Duaren., *Oper.* tom. II, pag. 243, coll. 1, in fin. Exemplum habes in hæreditatis petitione, in cujus acquisitione duo requiruntur, factum petitionis, et voluntas hæredis. Factum petitionis explet procurator, non voluntatem, licet mandatum ab hærede habuerit. Si post mandatum hæres in furorem incidat, nulla est petitio hæreditatis, deficiente per furorem voluntate hæredis; l. *Si quis alieni* 48, ff. *De acquir. hæredit.*; Averan., *Interpret. jur.*, lib. i, cap. 12, n. 20. Ex his patet quam temere arbitrentur illi qui putant hoc speciale esse in mandato pro contrahendo matrimonio. Hoc quippe mandato quoadcunque revocato, licet in scio procuratore, matrimonium inutiliter contrahitur: cap. *Procurator*, fin. *De procurat.*, in 6. Hujus ratio in summa matrimonii libertate sita est, quæ nullimode coarctanda propter ipsorum exitus difficiles. Vide Zoes., in *Pand.*, h. t., n. 27. Quinimo tenet nedum expressam revocationem ad hoc requiri, sed tacitam etiam sufficere, ut is optime prosequitur n. 28. Alia vero, et quidem validior ratio est, quia matrimonium a voluntate unice dependet. Hoc tamen speciale est in hujusmodi mandato, ut mandatarius non possit contra mandantem contrariam exercere actionem mandati ex causa simpliciter matrimonii.

(34. Quarto demum renuntiatione mandatarii mandatum finitur, re tamen integra, secus ad id, quod mandantis interest, tenebitur mandatarius, ni intemptive renuntandi legitimam ac justam alleget causam; l. *Sane*, 23, 24, 25, et l. *Si quis* 27, § *Qui mandatum* 2, h. t.

(35. Hujus autem pro coronide tituli quæri posset, si quid obscuritatis mandatum contineat, pro utro facienda sit interpretatio? Alii ad commodum mandantis interpretandum esse aiunt mandatum; rectius vero alii pro mandatario. Sibi enim imputet mandans, si clarius, dum potuit, locutus non est ex regula l. *Veteribus* 39, ff. *De pact.* *Vid.* *Wesemb.* ad tit. *De procurat.* n. 9, in fin., etc.

hiemis. — 5. Vel propter aeris intemperiem. — 6. Episcopus enim potest concedere ut canonici ob aeris intemperiem valeant horam matutini protrahere. — 7. Tolerandum est quod canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent dieb. ferialibus matutinum in sacristia. — 8. Canonici absentes a Ma-

tutino non lucrantur correspondentes distributiones per interessentium concioni in habitu canonicali, quamvis quoad hoc inoleverit consuetudo. — 9. Matutinum recitandum est nocturno tempore, si adsit consuetudo; secus vero et alii legitime impediti, si interesse non possunt, lucrantur distributiones quotidianas. — 10. Matutinum, quod secundum regulam Ordinis recitari debet media nocte, conceditur ut possit ex causa recitari hora octava noctis. — 11. Matutinum, quod recitabatur media nocte, conceditur monialibus S. Catharinæ Senensis, ut possit recitari hora prima noctis ob aeris intemperiem, et adversam valetudinem monialium. — 12. Matutinum, quod media nocte a clero cathedralis ecclesiæ recitari consueverat, ut in futurum abescente die cantari possit ex causis narratis fuit concessum. 13. Matutinum, quod recitari solebat a canonicis una hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoandum. — 14. Matutinum defunctorum, non vesperi pridie sed ipsamet die commemorationis omnium fidelium defunctorum post laudes recitari debet, vide tamen novissimum decretum. — 15. Matutinum potest etiam sine causa dividi tota nocte a laudibus. — 16. Imo multi dicunt id esse etiam laudabile. — 17. Quando Matutinum dividitur a laudibus, debet in fine addi *Pater noster*, et probabilius etiam addi debet oratio diei sine tamen aliis commemorationibus.

(1. Matutinum in cathedrali debet recitari de mane, non autem Vesperi pro sequenti die. Sac. congregat. Episcop. et Regul. in *Vercellensi* 25 Novembr. 1578, et in *Aretina* 18 Octobris 1595, apud Nicol., in *Floscul.*, verb. *Matutinum*, num. 1. (2. In aurora, vel circiter. Eadem sac. congr. in *Cæsaten.* 3 Decemb. 1602.

(3. Nisi dispensetur, ut dicatur Vesperi pro aliqua necessitate. Eadem sacra congreg. in *Dertonem.* 16 Octobris 1605. (4. Vel tempore hiemis. Eadem sec. congreg. in *Salernitana* 30 Septemb. 1616. (5. Vel propter aeris intemperiem. Eadem sac. cong. in *Ferrarien.* 4 April. 1628. Episcopus enim potest concedere ut canonici ob aeris intemperiem valeant horam Matutini protrahere, prout pro tolerantia respondit sacra congreg. Concilii in *Trojana* 14 Febr. et 14 Novembr. 1699; favore capituli civitatis Foggiae.

(7. Tolerandum est quod canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in sacristia. Sac. congr. Episc. et Regul. in *una S. Severini* 13 Sept. 1644, apud Nicol. in *Flosculis*, verb. *Officium*, n. 19.

(8. Si in ecclesia cathedrali inoleverit ab immemorabili tempore, ut canonici, quibus diebus habetur concio in ipsa ecclesia, audiendo concionem in habitu canonicali, lucrantur distributiones quæ dantur Matutino interessentibus, licet recitationi dictæ Horæ matutinæ non interfuerint, hujusmodi consuetudo non excusat canonicos in conscientia ab onere restituendi. Sac. congregat. Concil. in *Vicentina* ad cap. 12, sess. xxiv, *De reformat.*, die 7 Februarii 1643.

(9. Matutinum, seu matutinæ Horæ recitandæ sunt nocturno tempore, si adsit consuetudo; secus vero, et alii legitime impediti, si interesse non possunt, lucrantur distributiones quotidianas. S. congr. Rit. in *Mazarien.* 20 Decemb. 1601.

bus. — 18. Probabilius est etiam quod initio laudum divisarum non debeat dici *Pater et Ave*. — 19. Matutinum et laudes non recitare ante celebrationem missæ multi tenent esse peccatum mortale. — 20. Plurimi autem communius et verius id negant. — 21. Imo multi volunt nedum non esse peccatum mortale, sed ne quidem esse veniale, quando adest causa rationabilis. — 22. Quinimo aliqui dicunt, per se loquendo, nullum esse peccatum. — 23. Probabilius tamen est, per se loquendo, et sine rationabili causa, esse peccatum veniale. — 24. Matutinum sequentis diei, si absque causa dicatur ante absolutum officium diei præsentis, peccatur venialiter. — 25. Si autem fiat ex causa, nullo modo peccatur. — 26. Per unicam recitationem Matutini et Laudum non potest satisfieri obligationi pro die præsentis et sequenti. — 27. Qua hora pridie inchoari possit Matutinum? *remissive*. — 28. Qui recitat Matutinum pro feria secunda sequenti ante solis occasum diei Dominicæ, non debet genuflectere ad antiphonam finalem B. M. V., debet tamen genuflectere, si illud recitet post solis occasum. — 29. Alia ad rem scitu digna exhibentur, ad num. 53. — 34. Affertur prodigiosus eventus in matutino a nostro B. Joann. Parmensi una cum demonibus persoluto. — 55. Alia ad rem, ad num. 58.

(10. Matutinum, quod, secundum regulam ordinis, recitari debet media nocte, ut ex causa recitari possit hora octava noctis, conceditur. Sac. congregatio Rituum, in *causa civitatis Angelorum, sive in Thaxcalan.*, in *Indiis occidentalibus* 12 Novembris 1605.

(11. Matutinum, quod recitabatur media nocte, ut possit recitari hora prima noctis ob aeris intemperiem, et adversam valetudinem monialium, conceditur monialibus S. Catharinæ Senensis. Sac. congr. Rit. in *Thaxcalan. in Indiis Occidentalibus* 20 Junii 1609.

(12. Matutinum, quod media nocte a clero cathedralis ecclesiæ recitari consueverat, ut in futurum abescente die cantari possit ex causis narratis fuit concessum. Sacra Congregat. Rituum in *Oscen.* 21 Julii 1609.

(13. Matutinum, quod recitari solebat a canonicis una hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoandum. Sac. Congregat. Rituum in *Asculana* 16 Septembris 1606.

(14. Matutinum defunctorum in festo Omnium Sanctorum ad Vesperam recitandum non est, sed ipsamet die commemorationis omnium fidelium defunctorum post Laudes diei recitari debet. Sac. congregat. Rit. sub die 1 Septembr. 1607 et 22 Januarii 1701. *Vide* in tom. IX, *Decreta S. C. R.*, n. 21, 698, 740. Ex post tamen ab eadem S. R. congreg. die 14 Septembr. 1745 in *Ratisponen.* editum fuit sequens decretum: « Privata officii defunctorum recitatio pro generali illorum commemoratione absolvi licite potest post vespertinas horas festi Omnium Sanctorum: in choro autem juxta rubricas adimplenda est mane diei 2 Novembris, nisi, ut populi commodius et frequentius illis interesse possint, contraria jam fuerit consuetudo. » *Vide* citata *Decreta* sub n. 1201.

(15. Matutinum potest etiam sine causa